



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Irregularitas IV. de 3. specie Irregularitatis, scil. ex defectu animæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

430 IRREGULARIT. IV. §. III.

ordinari minoribus. cap. 27. nu. 204. §. 18.

I Seruus est irregularis ad hoc, quod non possit ordinari contradicente aut ignorantie Domino suo. Quod si cum eius facultate ordinetur, manet liber. Si vero illo ignorantie, vel contradicente ordinetur minoribus, manet adhuc seruus. Si subdiaconatu vel diaconatu initietur, poterit se redimere dando pretium iustum, vel alium seruum. Si autem presbyterio, manet liber dato peculio, vel si non habet, satisfaciet praestando ei obsequia presbyterum decentia. nu. 203.

L Infamis ob infamiam iuris vel facti est irregularis. Atque ob infamiam iuris solus Papa dispensat, nisi quando Episcopus dispensans super delicto, in quo potest, accessoriè tollit infamiam. In ea vero, quæ ex infamia facti nascitur, sicut ex crimen notorio, Episcopus dispensat. Imò per solam poenitentiam & emendationē tollitur iuxta regul. iuris. *Omnis res per quascumque causam componitur, per easdem dissoluitur. num. 204.*

IRREGULARITAS IV.

De tertia specie Irregularitatis ex defectu aliquo animæ. §. III.

I Diota, qui legere & scribere nescit, irregularis est etiam ad primam tonsuram, quod

IRREGULARIT. IV. §. III. 431

quod hodie magis confirmatur ex Concil.
Fridentino. mo etiam ex eodem videtur
sieri irregularis ad minores, qui Latinam
linguam non intelligit. In hoc defectu ra-
tiō, aut nunquam dispensat, nisi ratione ætra-
tis ad discendum. cap. 27. num. 205.

Infidelis non baptizatus etiam catechu- N
menus sanctus, est incapax characteris or-
dinis. Hæreticus autem, & fautor hæretico-
rum, etiam conuersi sunt irregulares: & fi-
lius hæretici (qui talis excusat) usque ad se-
cundam generationem per lineam virilem,
& usque ad primam per foemineam est irre-
gularis. num. 205.

Item Neophytus recens conuersus, vel O
baptizatus; non tamen quos vulgus nouos
Christianos appellat; & multò minus eorum
filii. ibidem. de Amente qui habet defectum
iudicij continuum, vel interpolatum, di-
lum est supra, eod. tit.

In his omnibus irregularitatibus solus
Papa dispensat, excepto, quod in eo qui non
est baptizatus, & in eo qui habet defectum
iudicij continuum, non potest. num. 205.

IRREGULARITAS V.

De quarta specie scilicet ex defe-
ctu, perfecta Lenitatis.

Hac